



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiaē, 1697**

Cap. LVI. De Poētis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

dum se offerat. l. 3. §. 2. ff. de cond. caus. dat. caus. non secut. quia is, qui dedit, alterum quidem, qui accepit, obligatum habet, non autem vice versa iste accipiendo, sibi eum obstrinxit: quin imò is, qui prior ex sua parte implevit, nec hoc egit, ut se obligaret, sed ut alium sibi, vide Valsq. 6. contr. cap. 59. n. 12. & 20. an vero res amplius non sit integra, sed aliquid jam fieri coeperit, puta si alter jam instructus & facere paratus sit; tum enim eum impune poenitere non licebit aliter, quam si denunciatio intervenerit, & minus impensarum factum sit, quam ab altero datum fuerit: quoad tamen & ipsum illi à poenitente refundendum est, l. 5. §. 2. de condit. caus. dat. non secut. quoad alterum verò, qui implere debet, siue id nolit per mutationem voluntatis, siue non possit, dicimus eum quidem teneri conditione, verum eatenus tantum, ut vel promissa impleat, vel quæ data sunt, reddat, juxta l. 5. §. 3. de condit. caus. dat. Wesenb. in parat. de transact. n. 7. in fin. vid. etiam Treutler. vol. 1. disp. 22. & 2. lit. b. ubi quando in contractibus innominatis ad resolvendum agitur, id admittit tum, cum de repetitione nihil nominatim fuerit conventum, l. 3. §. 1. idem erit i. ff. eod. secus enim esse, si aliud inter partes convenisset, tradit Bocer. p. 3. disp. 4. thes. 11. ita in donatione mortis causa hoc observari textus est in l. si aliena 13. §. 1. ff. de donat. mortis caus. Ita nec in permutatione rerum venalium poenitentia erit, l. 1. C. de donat. mortis caus. item si contractus innominatus fieret per conditionem, puta, do decem, si vadas pro me Romam. cap. verum. 14. de condit. apposit. Bart. Angel. Fulgos. in l. si quis cum de jurejur. vel si juramentum interponeretur, gl. ad d. l. 5. cum illud præcisè obliget, Costal. ad d. l. 5. ff. de cond. caus. dat. vid. & Valsq. 2. contr. jur. 59. n. 27.

Limita II. in dispositionibus ultimarum voluntatum, l. 4. de adm. legat. cap. cum Marthe 7. de celebrat. missæ. l. 1. C. de SS. Eccles. l. si quis 22. in princ. ff. de legat. 3. item in aliis dispositionibus, etiam quæ proximiores & similiores ultimis voluntatibus, quam actibus inter vivos esse videntur: in his enim post actum consummatum usque ad mortem etiam poenitentiae locum esse, ex l. fin. C. de don. mort. caus. fin. C. de pact. l. 3. C. de don. int. vir. & uxor. l. si alienam 13. §. Marcellus 1. ff. de donat. mort. caus. probat Valsq. lib. 1. contr. vers. cap. 12.

Limita III. in fisco pingviorem emtorem inveniente, Perez. C. de vendend. reb. Civit. n. 7. 8. verum primus licitator per obligationem secundi non statim liberatur, cum secundus possit esse idoneus, Perez. C. de locat. pred. civil. n. 12.

V.

Poenitentia est flere commissâ, & flenda ulterius non committere, cap. novimus 27. in fin. extr. de V. S. cap. 1. cap. poenitentiam 6. cap. ille 9. de poenitent. distinct. 3.

VI.

Poenitentibus locum venie negare non debemus, in contumacia verò persistentes severos non esse convenit, cam. 8. 2. quæst. 4. Unde nec poenitentia condemnatis ad mortem deneganda,

Clem. 1. de poenitent. & remiss. cum ea adhuc in ultimo vitæ momento possit esse utilis ad salutem, c. si presbyter 12. & cap. seq. 26. q. 6. nec adulteræ occultæ, c. officii 9. extr. de poenit. & remiss. atque poenitentia peractâ adultera non sic dici debet, sed reconciliari marito, cap. quod autem 7. & c. seq. 32. q. 1.

VII.

Sub specie poenitentiae nullus peccare debet, cap. illud 5. extr. de Cleric. excommunic. cum ea sit inanis, quam sequens culpa coinquinat, cap. inanis 12. de poenitent. distinct. 3. unde etiam poenitentia serotina multos decepit, cap. ult. §. quod de poenitent. distinct. 7. Poenitentiam igitur agentes hoc solum timere oportet, ne ipsius poenitentiae agant poenitentiam, cap. sunt qui 3. 17. quæst. 4.

VIII.

Poenitenti cuilibet credendum, c. significasti 18. extr. de homicid.

CAP. LVI.  
De Poëtis.

Axioma I.

Poëta nullâ immunitate gaudent l. 3. C. de Profess. & Med. vel, quia lex deficit, non dignitas, vel quia aliquo tempore contenti erant ob Satyras, vel quia virtus sola sibi pulcherrima merces, Perez. C. de Profess. n. 24.

II.

Poëtarum autoritate passim usus est Imperator in quaestionibus Juris, vid. §. 1. Inst. de donat. §. 1. Inst. de L. aquil. idem fecisse Jureconsultos patet ex l. 6. §. fin. de Rev. Divis. conf. Tacit. lib. 4. Annal. cap. 43. Mascard. de probat. Concl. 287. n. 7. Rebban. Hodeg. pag. 635. Bertrach. Repertor. voc. Poëta. Ita Virgilium nullam juris naturalis & gentium partem in divinâ Aeneide intactam omisisse asserit Bæclerus in præfat. Comment. ad Gror. pag. 16.

CAP. LVII.  
De Polygamiâ.

Axioma I.

Polygamia successiva, seu nuptiæ defuncto conjugè iteratæ, etiam si per antiquos hereticos, Montanistas, Cataphrygas, Catharos aliosque oppugnata fuerit, quid quod & ab ipsis Ecclesiæ Patribus quibusdam, Tertulliano, Ambrosio aliisque non multum commendata, vid. Everb. Speckb. Cent. 2. cl. 2. q. 1. Jure divino tamen non solum permittitur, 1. Cor. 7. v. 39. Rom. 7. v. 2. 1. Tim. 5. v. 14. sed & hodie apud Protestantés Clericis quoque est indulta.

II.

Polygamia muliebri DEO, naturæ, sanæ rationi, omnibus gentibus, legibusque divinis & humanis est exosa atque damnata. Athanas. Vincent. in Polygam. Triumph. not. ad the. 1. Theoph. Alethei pag. 1.

III. Poly-